

ficariis. In cap. 2, *Regulo S. Bened.*, verbo *Prohibet*.

243. Prius vita quam doctrina requirenda est: plus enim placet tacens virtuosus, quam iniquus verbosus. *Ibid.*

244. Oportet prædicatorem Dei prudentem esse atque sollicitum, ut sciat quem, ad quos, quando et qualiter debeat proferre sermonem, ne per imprudentiam aut tacenda proferat, aut per ignaviam silentio proferenda tegat. Epist. 21 ad *Fratr. Bernard. Minorit.*

S. ISIDORUS  
HISPALENSIS

245. Doctrina sine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, ad cor nunquam descendit: foris quidem persitrepit, sed intus nihil proficit. *Prose.*

246. Tunc autem Dei sermo infusus auribus ad cordis ultima pervenit, quando Dei gratia mentem interius, ut intelligat, tangit. Lib. 3 de *Summo bono*, cap. 10, sent. 1.

247. In omni Doctore Ecclesiastico, quod sequatur, quid doceat, quomodo vivat, inquirunt. *Ibid.*, cap. 36, sent. 5.

248. Multi sunt, qui in verbo doctrinæ, non humiles, sed arrogantes existunt: qui et ipsa recta que prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant. *Ibid.*, cap. 41, sent. 3.

249. Rudibus populis, seu carnalibus plana atque communia, non summa atque ardua prædicanda sunt; ne immensitate doctrinæ opprimantur potius, quam erudiantur. *Ibid.*, cap. 43, sent. 4.

250. Carnalibus animis, nec alta nimis de celestibus, nec terrena convenit prædicare, sed modiciter, sicut initia eorum moresque desiderant. *Ibid.*

251. Ingenium boni prædicatoris est, incipere a laudibus eorum, quos salubriter oburgatos corrigere cupit. *Ibid.*, sent. 8.

252. Pro malo merito plebis, aufertur doctrina prædicatoris: pro bono autem merito audientis, tribuitur sermo Doctoris. *Ibid.*, cap. 44, sent. 1.

S. LEO I.

253. Quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator, ipsis vita et professione clarescit. Epist. 69, ad *Martian. August.*

LEODIVICUS  
HILSIENSIS

254. Qui humiliter de se non sentit, qui Deum non diligit, elinguis est et infans, quantumlibet eruditus esse videatur atque elegans. In *Canon. vita spirit.*, cap. 16.

NICOLAUS  
PAPA.

255. Dispensatio est nobis celestis seminis injuncta: vae, si non sparsimus: vae, si tænerimus. Et habet. in *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 43, can. *Dispensatio*.

PETR. BLES.

256. Se interim, qui verbum prædicationis indigne presumit. Epist. 13, ad *Monach. Novit.*

257. Si prædicare affectas, prius docearis, quod docere te oporteat. *Ibid.*

258. Litteratus evangelicæ eruditionis, quid, de quo dicat, quid, propter quid, et quid secundum quid, pie et diligenter attendat. *Ibid.*, serm. 31 de *S. August.*

259. Prædicator debet terrere per supplicia, mulcere per præmia: vinum prædicatio sapit, dum penarum incutit timorem: oleum effundit, dum inculcat supernorum amorem. *Ibid.*, serm. 38.

260. Virtutum prædicatio, Dei est glorificatio. Lib. 2, epist. 10, ad *Abbatiss. quondam*.

261. Quisquis per injunctæ prædicationis officium, ad pugnandum alios incitat, sed ipse non pignat, illi similis est, qui buccinæ clangoribus obstrepit, sed congressi cominus non presumit. Lib. 4, epist. 15.

262. Qui captus est amore pecunie, nunquam idoneus est ad ministranda verba doctrinæ. *Prose.*

263. Illis idonei sunt ad prædicationis officium, qui nullum terrene facultatis possident lucrum. *Opusc. 24*, cap. 6.

264. Debet Doctor Ecclesie prædicare, quod audiat crediturus: quia sine prædicatione nullus erit auditus. *Prose.*

265. Si ergo quilibet sine prædicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu bene non agit:

266. Verbum Dei prædicandum est, ut audiens credat, credens intelligat, et intelligens bonum opus perseveranter exerceat. Lib. 1 de *Vita contemplat.*, cap. 19.

267. Ille cui dispensatio verbi commissa est, etiam sancte vivat, et tamen si perditæ viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit; et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? *Ibid.*, cap. 20.

268. Non debet Ecclesie Doctor de securati sermonis ostentatione jactare, ne videatur Ecclesiam Dei non velle edificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere. *Prose.*

269. Non igitur in verborum splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat.

270. Non vocibus delectetur populi acclamantis sibi, sed fletibus: non plausum a populo studeat expectare, sed gemitum. *Ibid.*, cap. 23.

271. Hoc specialiter Doctor Ecclesiasticus elaborat, quo fiant qui audiunt eum, sanis disputationibus meliores, non vana assentatione fautores. *Prose.*

272. Lacrymas quas vult a suis auditoribus fundi, ipse primitus fundat, et sic eos compunctione sui cordis accendat. *Ibid.*

273. Tunc Prædicator ministerium suum ho-

norificat, quando secundum illud quod prædicat, vivere studet. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 11, can. 13.

S. THOMAS  
AQUINAS.

274. Nemo debet prædicationis officium assumere, nisi prius fuerit purgatus, et in virtute perfectus. Part. 3, quest. 41, art. 3.

## SENTENTIE PAGANORUM.

275. In concione de virtute loqueris, in prælio præ ignavia tube sonitum perferre non potes. Lib. 4 de *Arte Rhet.*

276. Composite et apte sine sententiis dicere, insaniam est: sententiose autem sine verborum et ordine et modo, insaniam. De *perfecto Oratore*, num. 236.

277. Honoratorum virorum defunctorum laudes in concione memorantur. Lib. 2 de *Funibus*.

278. In concionibus non hoc agendum est, ut auditor velit discere, sed ut discat: ideo non ad clamorem, sed ad submissiora verba veniendum est: facilius intrant, sed hærent; nec multis opus est verbis, sed efficacibus, que seminis modo spargenda sunt. Epist. 38.

279. Non delectent verba nostra, sed prosint. Epist. 75.

280. Cum proficisse te videris, et animos audientium affecisse: iusta vehementius, urge, preme: die in avaritiam, die in luxuriam. Epist. 108.

281. Hee aliis die, ut dum dicis, audias ipse. Epist. 89.

282. Verbum de Deo loquens, depositum te putato accepisse animas. Sent. 185.

283. Opera charitatis Dei procedant abs te, et tunc sermonem facio de Deo. *Ibid.*, sent. 348.

284. Quæ gratis accipis a Deo, præsta gratis. *Ibid.*, sent. 233.

Vide etiam tit. *Arrogantia*, sent. 36; *Audire*, sent. 78, 85, 86, 113; *Austeritas*, sent. 19; *Disputatio*, sent. 20; *Doctrina*, sent. 11, 12, 13, 14, 48, 51, 52, 53, 54, 79, 80, 81, 83, 84, 87, 110, 111, 112, 113; *Egredi*, sent. 102; *Eloquentia*, sent. 5; *Ferreo*, sent. 28, 43; *Initiatio*, sent. 41; *Locus*, sent. 24; *Locutio*, sent. 156; *Lux*, sent. 62; *Orator*, per totum; *Propheta*, sent. 38; *Pulchritudo*, sent. 84; *Salus anime*, sent. 119; *Status pristini reimp.*, sent. 3; *Suavis*, sent. 31; *Utilitas*, sent. 12, 43.

## PRELATIO.

*Etyimologia*. Prelatio dicitur, quasi præ aliis elatio; et prælatio, quasi præ aliis elatus.

*Definitio*. Præesse, est verbis et opere auxiliari ei, qui auxilio eget. Super *Epist. ad Romanos*, cap. 12, in illud: *Qui præest in solitudine*.

*Divisio*. Sunt quatuor genera prælatorum: scilicet

pastor mercenarius, fur, lupus, primus imitandus, secundus tolerandus, tertius cavendus, quartus arendus. Super *Psal. lxxix*. *Comparatio*. Prælati sunt moraliter medicus: quia sicut medicus corporaliter infirmos, ita debet spiritualiter curare subiectos. De *Anime medicina*, cap. 9.

HUGO A S.  
VICTORE

## SENTENTIE PATRUM.

1. Stulto et imperare servitus, et quod pejus est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis et gravioribus servit. Lib. 2, epist. 7 ad *Simplicianum*.

S. AMEROS.

2. Plus confertur dilecto prælato, cui fratrum amor quæritur: plus autem admittit ei qui prælationis injuste operatur invidia. Lib. 2 de *Jacob*, cap. 2.

3. Tria sunt necessaria ascendenti: innocentia, beneficium, prelato, innocentia talis esse debet, ut nulli noceat, beneficium ut omnibus prosit, prelato ut se inferiorem omnibus iudicet. De *Similitud.*, cap. 16.

S. ANSELM.

4. Iudicium durissimum fiet his, qui præsumunt, durum, si non bene roserint seipsum; durius, si non bene gubernaverint familiam propriam; durissimum, si iustitiam legalem omnibus non ministraverint. Part. 4, tit. 5, cap. 2, § 4.

S. ANTONIN.

5. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. Part. 4, tit. 2 de *Præsentia*, cap. 5, § 7.

6. Multum provocant subditos facta præsentia. Part. 4, tit. 5 de *Iustitia*, cap. 4, § 2.

7. Prælati suos putant omnes, in quos sibi potestas data fuerit: ita servant, ut his dominari pudeat: ita dominentur, ut eis servire delectet. Lib. 2, de *Ordine*, cap. 8.

S. AUGUST.

8. Ipse qui præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate serviente felicem. Regula 3, ad *Clericos*.

9. Si quam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec hiantem desidia respiciatis, sed miti corde obtemperetis Deo. *Prose.*

10. Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesie præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nascerentur, non inveniunt. Epist. 81 ad *Eudoxium Abbat.*

11. Magnus onus et arduum, etsi ad sustinendum difficile, venor ne ad suscipiendum temerarium sit. Lib. 1 de *Doctr. christiana*, cap. 1.

12. Illum cognosce missum a Deo, quem non hominum laudatio, vel potius adulatio eligit: sed illum, quem et vita et mores optime commendat, et qui non appetit præesse. In *Dialogo 65* quest., quest. ultima.

13. Qui præest fratribus, sic agat humili cha-

ritate, ac benigna severitate, ut eorum servum se esse meminerit. Lib. 3, *contra Epist. Parmeniani*, cap. 2.

14. Quisquis ita præpositus est, ut in eo quod præpositus sit, gaudeat, et honorem suum quarat, et commoda sua sola respiciat, se pascit, non oves. *De Pastor.*, cap. 1.

15. Bonus si fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est; malus si fuerit, tentator tuus est; et nutritorem libenter accipe, et in tentatione approba te. *Serm. 6 de Verbis Domini*.

16. Tu qui præes, obsecro, memorare quid es, quid fuisti, et quid eris: vita enim pastoris omnibus prodesse debet. *Serm. 14, ad Hyatr. in eremo*.

17. Prelatus in monasterio, Christi vires agit. *Ibid.*, serm. 61.

V. BRIDA.

18. Si ames dici pater et princeps, nomen cum honore serva, moribus imple. In suis *Prov.*, verbo 31.

S. BERNARD.

19. Quoties hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo. *Homil. 1, super Missus*.

20. Quatuor his qui præsumt, necessaria esse præ omnibus reor: ut per ostium intrent; ut in humilitate se contineant, ut avaritiam declinent; ut munditiam tam corde quam corpore servare studeant. *Serm. ad Clerum Rheimens.*

21. Quid prodest, si prælati canonicè eligantur, et non canonicè vivant. *Ibid.*

22. Prelati prodesse magis studeant, quam præesse. *Serm. super Psalm. LXXXIV.*

23. Puritatem cordis in eo prælatus habeat, ut prodesse desideret, non præesse. *Serm. de Tribus ordin.*

24. Tria prælati necessaria sunt: viva fidei et doctrinæ sinceritas; studiosa bene operandi sedulitas; de salute subditorum diligens curiositas. In suis *Serm.*, cap. *Tria*.

25. Canchas multas hodie habemus in Ecclesia, conchas vero perpaucas; tantæ charitatis sunt, ut ante effundere quam infundi velint, et aliis præesse gestientes, qui seipsos regere nesciunt. *Serm. 18, super Cant.*

26. Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere nisi spinas et tribulos, vineis tamen dominicis etiam se ingerere non vereri: fures sunt, non custodes, neque cultores. *Ibid.*, serm. 30.

27. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos: studete magis amari, quam metui; et si interdum severitate opus est, paternam sit, non tyrannicam, matres fovendo, patres corripiendo exhibeatis. *Prosec.*

28. Manusculæ, ponite feritatem; suspendite

verbera, producite ubera, pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. *Ibid.*, serm. 23.

29. Improbe satis præesse affectas, quibus prodesse non curas: et quorum non zelus salutem, subjectionem nimis ambitiose vendicis tibi. *Ibid.*

30. Nullus dicat esse unius meriti, unitive virtutis, socialiter vivere et utiliter præesse: in moribus enim antecellunt et superiores existunt, qui superiores esse schunt. *Ibid.*

31. Optimum in moribus dixerim, qui in nullo prorsus resistat prioribus, aut invadeat paribus, aut subjecta vel desit in cura, vel in superiora præsit: prælati obediens, sociis congruus, subditis utiliter condescendens. *Ibid.*

32. Is qui ælis præest in sollicitudine, vix unquam vel raro secure vacat sibi, dum semper timet sui penuriam facere subditis, et non placere Deo, quod communi utilitati, propriam præfert quietem, et contemplationis dulcedinem. *Ibid.*, serm. 53.

33. O utinam prælati tam vigilēs reperirentur ad curam, quam alacres currunt ad cathedram! *Ibid.*, serm. 77.

34. Ad prælationem, opus est viro forti, spirituali, fidei, forti ad propulsandas injurias, spirituali, ad deprehendendas insidias, fidei, qui non quæ sua sunt querat. *Ibid.*, serm. 76.

35. Esto patiens, si es cum malis: esto pacificus, si præes malis. *Epist. 25 ad Hugonem Rothomag. archiep.*

36. Væ tibi si præes, et non prodes: sed vè gravius, si quia præesse metuis, prodesse refugis. *Epist. 56 ad Willelm. Abb.*

37. Non vos felices, quia præestis: sed si non prodestis, vos infelices putate. *Epist. 42 ad Henricum Senonensem archiepiscopum*.

38. Dedignatio subjectionis, prælationis reddidit indignum. *Ibid.*

39. Tu præsis ut provideas, ut consulas, ut procure, ut serves: præsis ut prosis: præsis ut dispenses, non ut imperes. *Lib. 3 de Consil. ad Eugen. Pap.*

40. Oportet eum, qui præest, non fræna suæ laxare voluntati super subditos, sed præfixam ex regula sibi scire mensuram, et sic demum sua imperia moderari circa id solum quod rectum esse constiterit. *De Precepto et dispens.*

41. In honore sine dolore, in prælatione sine tribulatione, in sublimitate sine vanitate esse qui potest? *Serm. de Quinque Negotiis*.

42. Oportet prorsus vino zeli in charitate ferventis æstuet, qui aliis præsidet. *Lib. 3 Florum*, cap. 4.

43. Prelatus talis esse debet, scilicet perfectus

in actione et contemplatione, modestus et industrius, non bestialis. *Serm. 5, in Hexam.*

44. Prelatus bene ordinatus est, qui subjectus est superiori: et ordinatus respectu sui, tunc bene præsidet inferioribus. *Ibid.*, serm. 21.

45. Plus nocet prelatus misericors, et abiciens rigorem discipline, quam prelatus rigidus sine misericordia. *Ibid.*, serm. 23.

46. Toties Prelatus in apostasie crimen labitur, quoties præesse hominibus delectatur. *Super Sap.*, cap. vi.

47. Gravius est peccatum prælati, quam subditi, ratione damni, ratione scandali, et ratione officii. *Ibid.*

48. Sinus matrum blanda adulatio prelatorum est, spiritum in eorum sinu exhalant, cum ignavi prælati non solum carnales ad meliora non excitant, verum etiam blande ferunt. *Super Lament. Hierem.*, cap. 2 in illud: *Exhalarent animas in sinu matrum suarum*.

49. Prælati tria sunt necessaria: humilitas animi, equanimitas zeli, perspicacitas iudicii. *Super Lucam*, cap. ix.

50. Huius multo jam plures demones quam Angeli, scalam prælationis ascendunt. *Serm. 2 Dom. 16, post Pent.*, super illud *Gen. 28: Scalam vidit Jacob*, etc.

51. Prælatorum bonitas, subjectorum salubris est regula. *Lib. 1 Phætræ*, cap. 11.

52. Prælati, qui sunt oculi Ecclesiæ, debent esse præ cæteris teneri compassione, lacrymabiles pietate. *Tit. 7 Diab.*, cap. 5.

53. Bonus Prelatus agnoscit se fratrum suorum patrem, non dominum: et exhibet se eis medicum, non tyrannum: nec reputat eos ut iumenta sua, vel servos emptionis, sed ut filios hereditatis supernæ consortes. *De sex alis Seraph.*, cap. 4.

54. Prelatus sit exemplaris in vita: ipse namque debet cæteris esse norma vivendi, ut quæ docet verbis, ostendat actionum figuris. *Ibid.*, cap. 6.

55. Prelatus sit humilis moribus, ut mores ejus ostendant eum non alta de se sentire, nec affectare prælationem. *Ibid.*

56. Prelatus sit humilis affabilitate, ut subditi faciliem accessum ad eum habeant: et student magis amari quam timeri, quia libentius obediunt ei, qui diligitur, quam qui timetur. *Ibid.*

57. Requiritur ut prelatus quanto sublimius præest, tanto sanctius vivat, sollicitius invigilet, et fructuosius gæntem pascat. In *Apolog. pauper.*, resp. 1, cap. 3.

58. Officium prælationis sine culmine virtutis et meritis, non est vera sublimitas, sed dejectio: non gloriosa excellentia, sed periculosa ruina. *Ibid.*

59. Prelatus gerit vicem capitis in corpore fraternitatis, ut cum alia membra debita sunt actionibus sibi competentibus, ita caput omnibus presidendo provideat. *De sex alis Seraphim*, cap. 7.

60. Sicut subditorum tentatio est reprehendere in prælato quod in multis non recte agant, ita prælatorum tentatio est, quod se cæteris sapientiores æstimant. *Ibid.*

61. Ad prælationis statum non congruit accedere, nisi perfectum. In *Apolog. pauper.*, resp. 4, cap. 3.

62. Prælati verò terra dicuntur, eo quod subditos fruge doctrinæ suæ pascant: sicut terra frugibus suis homines pascit. *Super Psalm. ciii*, vers. 16.

63. Qui præest cæteris, oportet medico vicem agere, et non fera bestia ferocius commoveri. *Epist. 1.*

64. Quo pluribus præes, tanto sollicitior et agibilior consistas. *Super Apocal.*, cap. 3, art. 4.

65. In omnibus plurimum tibi commendo charitatem et patientiam: multos enim te tolerare oportet, quia omnes quod humeris portas, magnum est et grave, animas videlicet multorum. *Prosec.*

66. Prelatus ut subditos suos in humeris portet, necesse est ut in pectore gestet: nam tolerare non poterit, quos amare desiderit. In suis *Opusc.*, epist. 7 ad frat. *Eliam*.

67. In regimine vestro vos deprecor, quod non præcipiatis facile per sanctam obedientiam: quia hoc est statim gladium evaginare, quod non debet fieri nisi matura consideratione. *Prosec.*

68. Sed in mandatis estote moderati, in peccatores misericordes, in condonando faciles, in victu abstinentes, in vestitu pauperes, in verbis mansueti, Deo et officiis vestris fideles. *Ibid.*, epist. 6 ad Provinciales *Ord. Minor.*

69. Illi qui sunt super alios constituti, tantum de illa prælatione gloriantur, quantum si essent in abluendis pedibus fratrum deputati. *Prosec.*

70. Et quanto magis turbantur de ablata sibi prælatione, quam de pedum officio, tanto magis sibi loculos ad periculum anime componunt. *Ibid.*, in *Admonit. ad fratres*, cap. 4.

71. Væ illi, qui ab alio positus est in alto, et per suam voluntatem non vult descendere. *Prosec.*

72. Beatus ille, qui non per suam voluntatem ponitur in alto, et semper desiderat esse sub pedibus aliorum. *Ibid.*, cap. 19.

73. Officium prælationis quisque putet et sentiat sibi fore potius oneri, quam honori. *Ibid.*, collat. 26.

74. Prælati hoc potissimum curent, mores non mutare, nisi in melius, favores non quærere, po-

S. BRUGO.

S. CLEMENS  
PAPA.S. DIONYS.  
CARTHUS.S. FRANCO.  
ASSISIAS.

S. BONAV.

testatem non exerceat, sed officium implere. *Ibid.*, oraculo 24.

75. Non desideremus aliis præesse, sed omnibus subesse creaturis, propter verum amorem Creatoris. *Ibid.*, serm. 5.

76. In prælatione castus, in laude præcipitium, in humilitate subditi, animæ hinc est. *Ibid.*, collat. 21.

GLOSS. ORD. 77. Qui præest aliis potestate, etiam meritis præesse debet, et exercitatus esse in humilitate. Super *1 Regum*, cap. ix.

GLOSS. INT. 78. Qui aliis præsumt, in terra Apostoli, in cælo Archangeli sunt. Super illud *1 Cor viii*: *Qui dicantur dii*.

CRATIANSUS. 79. Si præesse volueris, singulos prout poteris iuva, et singulos releva, qui et singulorum onus ac sollicitudinem portas. In *Decret.*, part. 2, causa 8, quest. 4, can. *Clemens*.

S. GREGOR. MAGNUS. 80. Cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem evacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhælat. Lib. 35 *Moral.*, cap. 40.

81. Tanto maioribus curis occupatus es, quanto et sublimiori dignitate omnibus prælatus. *Ibid.*, lib. 18, cap. 25.

82. Prælati vacare Deo appetant ex gratia dilectionis, et curas superimpositas ex conditione explant servitutis. *Ibid.*

83. Is qui præest, ea se circa subditos mensura moderetur, ut cum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata severitas, odiosum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 3.

84. Eo quisque extollitur, quo se esse super alios videt, illum oportet, qui super se est, aspiat; ut ejus metu, qui supra omnia est, crescantem intrinsicam animi tumorem premat. *Ibid.*, lib. 21, cap. 40.

85. Prælati intueatur qui sub ipso sint, sed consideret sub quo ipse sit; ut ex consideratione veri Domini decrescat tumor dominationis. *Ibid.*

86. Necessè est ut is qui præest, quæ exempla subditis præbeat, solerter attendat; et tantis se sciat vivere, quantis præest: ac vigilantè inspicat, ne in eo quod prælatus est, intumescat. *Ibid.*, lib. 24, cap. 45, num. 29.

87. Summus locus bene regitur, cum is qui præest, vitis potius quam fratribus dominatur. *Ibid.*, lib. 26, cap. 49, num. 22.

88. Deum imitari desiderat, qui prælatus cælestis, præesse appetit, non præesse. *Ibid.*, cap. 49.

89. Reges sunt prælati, qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse noverunt. *Ibid.*, cap. 21, num. 26.

90. Cuncti qui præsumt, non in se potestatem

debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis: nec præesse se hominibus gaudeant, sed præesse. *Prose.*

91. Bene potentiam regit, qui scit per illam super culpas erigi, scit et cum illa cælestis æqualitate componi. Part. 2 *Pastor.*, cap. 6.

92. Curandum est, ut rectorem subditis, et matrem pietas, et patrem exhibeat disciplina. *Ibid.*

93. Prælati si perversa unquam perpetrans, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. *Ibid.*, part. 3, cap. 1, admont. 5.

94. Summus locus bene regitur, cum is qui præest, vitis potius quam fratribus dominatur. Lib. 4 in *Registro*, indict. 9, cap. 24, epist. 24 ad *Jocn. episc. Constantinop.*

95. Sic servanda est virtus humilitatis, ut non solvantur jura regiminis: ne dum prælatus quisque plus se quam decet, dejicit, subditorum vitam restringere sub disciplina vinculo non possit. *Ibid.*

96. Quisquis regendis fratribus præest, vacare funditus a curis exterioribus non potest, sed tamen curandum est magnopere, ne ab his immoderate deprimatur. *Ibid.*

97. Valde diversa est prælatio regum a prælatione judicum: isti ut pares præsumt, illi vero in potestate præeminendi arrogantiam exhibent dominationis. Lib. 5 in *1 Regum*, cap. ii.

98. Sicut is qui invitatus renuit, questus refugit, est admodum: sic qui ultra ambit, vel qui impertine se ingerit, est procul dubio repellendus. Lib. 7 in *Registro*, indict. 2, cap. 410, ad *Siagrium Episc.*

99. Carnales prælati spiritualis honoris culmina carnalibus propinquis idæo tribuant, ut ecclesiasticis facultatibus ditentur, et in altitudine ordinis cumuletur abundantia ubertatis. *Prose.*

100. Non enim curant quales sunt, qui ad spirituale ministerium veniunt: sed tantum ut temporali dignitate præferant, quos carnali affectione complectuntur. Lib. 2 in *1 Regum*, cap. iii, super illud: *Honorasti filios tuos*, etc.

101. Præesse aliis non habeatur in appetitu desiderii, sed in magnitudine timoris. *Ibid.*, lib. iv, cap. i.

102. Cum mali præsumt, difficile valde est, ut qui eis subjicitur, nulla religionis damna patitur. *Ibid.*, cap. ii, super illud: *Sed et segetes vestras*, etc.

103. Qui honorem prælationis et dignitatem ambiant, innumeri sunt: qui vero laborem ministerii appetant, pauci. *Ibid.*, cap. 5, super illud: *Et accipies de manu eorum*.

104. Quisquis ad culmen prælationis assumitur,

non se teneat quod est altitudine ordinis, sed quod est virtute perfectionis. *Ibid.*, super illud, *Psalm. lxxvii*: *Signa nostra non vidimus*, etc.

105. Plurimque prælati cum culpas puniunt, plus justo intervencunt: et dum vindictam metuntur, nec vulnerum qualitatem, nec personarum delinquentium vigorem respiciunt. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud: *Quia absque retractione morietur*.

106. Tales sese, qui præsumt, exhibeant, quibus eorum subjecti occulta quæque sua proderè non erubescant: ut cum tentationum fluctus parvi tolerant, ad pastoris sui mentem, quasi ad matris suæ sinum recurrant. Part. 2 *Pastoralis*, cap. 5.

107. Vitæ innocentium pro nobis habemus, sed prælationis culmen pro aliis, non pro nobis ascendimus. *Prose.*

108. Per innocentie bonum ad æternam patriam tendimus, per altitudinem prælationis in aliorum custodia vigilamus.

109. In illa virtute securi sumus, istam vero celsitudinem cum magno metu possidemus: quia qui nostrorum operum rationem reddere vehementer expavescimus, etiam de eo quod aliis præsumus Deo reddere rationem debemus. Lib. 5 in *1 Regum*, cap. ii.

110. Negligenter præeminet, qui commissorum sibi fidelium nescit et fortitudinem et infirmitatem. *Ibid.*, cap. 4.

111. Qui præsumt, non ex locorum dignitate, sed morum nobilitate, immoescere debent. Et hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 40, can. *Nos*.

GREGOR. MAG. 112. Homini (cui difficile est, ut subesse sciat) periculum, ne difficilior illi sit, ut hominibus præesse sciat. *Prose.*

113. Quanto est sublimior, et majore dignitate præditus, tanto est et periculosior. In *Apologetico de sua fuga*.

114. Nihil utilius est et securius, quam cum volentes præsumt volentibus. *Prose.*

115. Quoniam vi adigi, nequaquam legis est nostre: nec aliquid quod violentum est, sed voluntarium: violentum enim, et non coactorum, saltis est mysterium. Orat. 4, *cum a Patre in consortium assumptus*, etc.

GREGOR. 116. Tantum tibi sit divine lectionis studium, et tam crebre orationum vires, ut tibi dicas, tibi mediteris, qualem tuis præbere te debeas. Epist. 14 ad *Celantium*.

117. Prælati patres se sciant esse, non dominos: maxime apud eos, qui spreto ambitionibus seculi, nihil quieti et otio præferunt. Epist. 16 ad *Theophilum*.

118. Qui præsumt, plurimum debent carere vitis, et maxime ira, quæ furori proxima est: ne Tom. III.

quanto plus possint, tanto amplius subjectis nocent. Lib. 2 super *Isaiam*, cap. 5, super illud: *Ve qui potentes estis*.

119. Diligenter adhabe curam eis, quibus te præesse contingerit, agnosce animos actusque singulorum, et si quid in eis vitii sordidantis invenieris, citius castigare memento. Lib. 3, super *Prov.*, cap. xxvii, super illud: *Diligenter agnosce*, etc.

120. Quomodo potest præses Ecclesie auferre malum de medio ejus, qui in delicto simili corruerit: aut qua libertate corrigere peccantem, cum tacitus sibi ipso respondeat, eadem se admisisse, quæ corripit? Super *Epist. ad Tit.*, cap. 4, in illud: *Si quis est sine crimine*, etc.

121. Vita prælatorum, exemplum et regula debet esse subditorum. In *Annot. super 1 ad Cor.*

122. Ambitiosus vult in dignitate potius præesse, quam prædesse. De *quest. circa Epist. 1 ad Tim.*, quest. 18.

123. Prælati quanto plus diligitur, tanto plus auditur. Super *Regulam D. Ag.*, cap. 11.

124. Sunt quidam, qui sciunt, et possunt, et volunt præesse; quidam, qui sciunt, et possunt, sed nolunt; quidam, qui nec sciunt, nec possunt, sed volunt; quidam, qui nec sciunt, nec possunt, nec volunt. Scire, et posse, et velle, charitatis est vel superbia. Scire, et posse, et nolle, humilitatis est, vel inertia. Nec scire, nec posse, sed velle, cupiditatis est, et stultitiæ. Nec scire, nec posse, nec velle, discretionis est, et prudentiæ. Lib. 2, *de claustr. anim.*, cap. 12.

125. Cunctis se existimat prælatus amplius sapere, quibus se videt amplius posse. *Prose.*

126. Timeat prælatus, quod meruit homo et angelus. Angelus enim, cum vellet esse potentior, corruit: homo, cum vellet esse sapientior, desipuit. *Ibid.*

127. Sunt tres species negligentium prælatorum. Quidam bene vivunt, et subjectos male vivere permittunt. Quidam male vivunt, et subjectos bene vivere cogunt. Quidam male vivunt, et subjectos male vivere volunt. *Ibid.*, etc., *Prose.*

128. Prælati qui male vivunt, et subjectos bene vivere cogunt: errantes revocant, sed fortes occidunt: revocant verbis, occidunt exemplis. *Ibid.*

129. Plus amari a subjectis prælati appetant, quam timeri: ne severitatis nimia vultus elinnet, quos compassionis benignitas per consolationem fovere dehet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 5.

130. Prælatus est moraliter quilibet medicus, qui sicut medicus corporaliter infirmos, ita debet spiritualiter curare subjectos. De *anima medicina*, cap. 9.

131. Licet sint cæteris potestate prælati, ministerio tamen sunt subiecti: sicut ipse Dominus, qui omnibus prælati prælati est. *Serm. 3 de spiritali Christi canovio.*

HUGOCARD.

132. Prælati debet fieri ad imaginem Dei persapiantem, ad similitudinem per virtutem. *Super Genes., cap. 4.*

133. Ad hæc duo genera subditorum se debet conformare prælati, ut fortibus exemplum fortitudinis præbeat, et infirmis compatiatur. *Ibid., cap. 2.*

134. Prælati debent esse excelsi vita et scientia præeminentes. *Ibid., cap. 12.*

135. Modo statim ut aliquis factus est prælati, novam et innumeram invenit parentelam. *Ibid.*

136. Quicumque ascendit crucem prælationis, parentes debet habere a dextris, ut eos scilicet diligat ad bona æterna, et gratiæ Dei commitalat.

137. Tria requiruntur in prælato: scilicet iustitia vocatio, scientia divina, spiritus fortitudo. *Ibid., cap. 29.*

138. Prælati boni plus proficiunt Ecclesiam Christi exempis, quam verbis. *Ibid., cap. 30.*

139. Iustum est, ut qui præsent in dignitate majores, priores sint in animadversione. *Ibid., cap. 49.*

140. Qui intruduntur in prælationibus, in tanto peiores sunt simoniaci, quanto peior est raptor latrone. *Super Num., cap. 46.*

141. Bonus prælati precibus suis tenet iram Domini contra populum, sed rarus est modo talis prælati. *Super Deut., cap. 9.*

142. Prælati Ecclesiam pascere debet pane doctrinae, et sustentare exemplo bonæ vitæ. *Super Josue., cap. XXI.*

143. Tripliciter peccant Prælati, male intrando, et postquam intraverint male vivendo, gregem sibi commissum male custodiendo. *Prosec.*

144. Durum itaque fiet eis iudicium propter primum, durum propter secundum, durissimum propter tertium.

145. Propterea fiet eis in futuro triplex questio: quomodo intrasti? quomodo vixisti? quomodo rexisti? *Super lib., Judic., cap. 2.*

146. Sub peccatis prælatorum, quasi sub arboribus, requiescunt peccata subditorum. *Ibid., cap. 6.*

147. Demones principaliter contra prælatos insurgunt, quia prælato subverso, de facili subvertantur subditi. *Super I Reg., xxxi.*

148. Prælati cupidus putat sibi auferri quod videt a subditis sibi negari. *Super Judith., cap. 1.*

149. Illos qui aliis præsent, et inde gloriantur despiciat Deus, et despectos facit. *Super Job., cap. xii.*

150. Prælati debet subditis, subsidium orationis, pabulum prædicationis, dispensationem sacramentorum, defensionem contra opprimentes, auxilium in temporalibus, exemplum bonum, vitæ patientiam. *Ibid., cap. xxxi.*

151. Prælati advocati sunt et patroni, quorum proprie officio competit, impetrare delinquentibus indulgentiam, negligentibus gratiam, laborantibus operi, proficientibus perseverantiam, mortuis vitam. *Super Psalm. 2.*

152. Prælati vocantur lux, quia aliis debent supereminere in vita, scientia, et gratia. *Super Psalm. 37.*

153. Pona magna est habere prælatum cupidum, vel avarum, sed major est, habere stultum prælatum: maxima autem est, habere perniciosum. *Super Psalm. cvii.*

154. Stultus nuntius est, idiota prælati, qui sine litteris venit: nam qui sacras litteras nescit, nuntius sine litteris venit. *Super Prov., cap. xxvii, super illud: Qui mittit verba per nuntium stultum.*

155. Post natiuitatem prælationis, moriendum est parentibus. *Super Ecclesiasten, cap. 3.*

156. Prælati disciplina debet esse in filiis delinquentes, alioquin frustra portat baculum pastorem, in quo tria officia pastoris notantur. Atrahere per primum, medio regere, pungere per immum. *Ibid., cap. 7.*

157. pulchra est prælati sine elatione, decora subjectio sine deiectione. *Super Cant., cap. 8.*

158. Prælati debet esse iudex, malos coercendo: et rex, infirmos regendo: et doctor, imperitos docendo. *Super Sap., cap. 9.*

159. Bonus debet esse, qui præsent, quia moribus ejus conformantur minores. *Super Ecclesiasten., cap. x.*

160. Nullus debet eligi in prælatum, nisi qui mortuus sit peccato, et parentibus, et mundo, et sibi. *Ibid., cap. x.*

161. Qui non didicit subesse, nunquam sciet præesse. *Ibid., cap. xviii.*

162. Prælati se debet taliter habere ad subditos, ut ridens timeri, et iratus possit amari: ne nimia lætitia vilem, et immoderata severitas reddat odiosum. *Ibid., cap. xxi.*

163. Nullus est idoneus, ut mittatur ad prælationis officium, nisi prius defectus suos cognoverit et deleverit, ut humilitatem in se custodiat, et aliis melius compati sciat. *Super Isai., cap. 7.*

164. Sicut pila projicitur de uno ad alium, sic

malus prælati pila demonum est, de quo ludunt inter se, unus alii faciendo. *Prosec.*

165. Dæmon superbiæ jacit eum dæmoni avaritiæ, et hic jacit eum dæmoni gulae, et ille statim proficit eum dæmoni luxuriam, et ita mittunt eum in terram latam et spaciosam, quæ ducit ad mortem. *Ibid., cap. 22.*

166. Mali prælati et composi valde diu possident Ecclesias suas, etiam post mortem: quia tot et tantis debitis obligant eas quod vix possunt solvi. *Ibid., cap. 34.*

167. Prælati mali non sunt imitatores Apostolorum, sed tyrannorum. *Ibid., cap. 54.*

168. Prælati debet sedere in throno, tanquam rex: in cathedra, tanquam Doctor; in tribunali, tanquam iudex; rex, infirmos regendo: doctor, imperitos instruendo: iudex malignos coercendo et puniendo. *Super Esach., cap. 1.*

169. Prælati miserissimi, qui quanto in loco superiore, tanto in periculo majore sunt. *Super Luc., cap. ix.*

170. Prælati pater est corripiendo, mater lactando: unde versus:

Verbera patris habes, ubera matris habes, *Super Epist. ad Ephes., cap. iv.*

171. Felix prælati, qui habet subditos testimonium perhibentes suæ conversationis. *Super I Thessal., cap. 1.*

172. Introitus multorum prælatorum inanis est, et sine fructu: non enim querunt animas, sed pecunias: intrant non ad implendum subditos, sed evacuandum. *Ibid., cap. 2.*

173. Præesse debent prælati dignitate, prodesse labore et admonitione: ut labore operando, et moneant predicando. *Ibid., cap. v.*

174. Prælati non est bonus faber, nec bonus fullo, nec bonus agricola, nisi habeat aquam divini sermonis. *Super II Thess., cap. iii.*

WAN, CASS.

175. Perisquis evenit, ut dum fratribus præesse festinant, nunquam senioribus ipsi subiciantur: et a superbia inchoantes, dum alios instituire cupiunt, nec discere ipsi, nec agere ea quæ sunt Deo agenda mereantur. *Collat. 4, Abbat. Danielis, cap. 20.*

S. JOANNES

CHRYSOST.

176. Cujus rei gratia primatus et prefecturas desideras? ut cæteris præstes: ultimum igitur ordinem eligito, et tunc primum obtinebis locum. *Hom. 66, super Matth. Oper. perf.*

177. Prælati debet esse misericors aliis, sibi autem austerus; ut sibi quidem grave pondus justitiæ ponat, aliis autem leve. *Hom. 40, Oper. imper. super Matth.*

178. Velle esse super omnes, vituperabile est; sustinere autem alterum supra se, nimis gloriosum est. *Ibid., hom. 35.*

179. Opus bonum desiderare, bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitatis est. *Prosec.*

180. Bonum opus implere, nostræ voluntatis est; et operis et laboris: primatum autem consequi, iudicii Dei est.

181. Desiderium primatus ex jactantia nascitur cordis: qui autem humilis est corde, et indignitatem se aliis arbitratur, nunquam desiderat superior apparere.

182. Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se odit.

183. Quicumque desiderat primatum celestem, sequatur humilitatem terrestrem: et quicumque desiderat primatum in terra, inveniet confusionem in celo. *Ibid.*

184. Sit prælati doctrina duplex, ut verbis facta conveniant, actus doctrinae respondeant: et in nullo sit minor, qui cunctis est potior. *Prosec.*

185. Charismatibus fulgeat, splendescat officium, sit cum auctoritate humilis, et cum humilitate sublimis. Nec ideo sit melior, quia major: sed ideo major, quia melior. *Serm. de Eo qui vadit in latrones.*

186. Magnum quiddam, dilectissimi, magnum, inquam, est Ecclesiæ prælati, quæ multa indiget sapientia, et formidine. *Hom. 59, super Joan.*

187. Primatus in Christo nec ab aliquo appetendus est, nec habentis: nec alteri est invidiosus habenti. *Hom. 35, super Matth. Oper. imper.*

188. Primatum ecclesiasticum concupiscere, neque justum est, neque utile. *Ibid.*

189. Prælati dum se esse gloriantur plenum gratiæ Dei, repletus est insensibiliter astutia diaboli. *Serm. de Circumcis., consil. 4.*

190. Quem oportet præesse alii, pectore debet et ore præeminere, ut quasi bonorum operum vitæ totius populi latitudinem amplectari valeat, protegere tanquam doctor, sanctorum, circumspiciat, et omni virtute præstantior. *Lib. 5, de Navis curial., cap. 6.*

191. Grave scandalum est, vita mala prælatorum. *In cap. 11 Reg. S. Bened., verbo Durus.*

192. Ille apud Deum præest potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas sacenti, sed quem devotio fidei et sancta vita commendat. *Ibid., verbo Caput.*

193. Sciat prælati se honorum esse socium, non dominum. *Ibid., verbo Obsecrandi.*

194. Omne quod supereminet plus doloribus aut meroribus afficitur, quam honoribus gaudet. *Ibid., verbo Res.*

195. Nihil est in hac vita difficilius, laboriosius, aut periculosius officio Prælatorum. *Ibid.*

JOAN. GENS.

JOAN. SAR.

JOAN.

TRIBH.

5. ISIDORUS  
HISPAL.

196. Maxima potestas serviendi in gregem diabolo conceditur, dum is qui præest, a subditis oditur. *Part. 1 de Regione claustr.*, tract. 1, reg. 1, art. 2.

197. Simia in solio, præpositus imperit in claustris. *Orat. 4. in Conventu Abbat. habita.*

198. Qui ad hoc conversionem sanctitatis præterit, ut aliis quandoque præesse desideret, iste non discipulus Christi, sed pravitatis seclator existit: quia non pro Deo, sed pro sæculi honore portare studet crucis Christi laborem. *Lib. 3 de Sum. bono*, cap. 20, sect. 3.

199. Plerique suæ magis utilitatis causa, quam gregis præesse desiderant: nec ut prosint, præsules fieri cupiunt, sed magis ut divites fiant et honorentur. *Prose.*

200. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius honoris ambitione. *Ibid.*, cap. 34, sect. 5.

201. Ignorantia præsulum, vite non congruit subjectorum: desinat præsul locum docendi suscipere, qui nescit docere. *Ibid.*, cap. 35, sectent. 1.

202. Ex carnalium præpositorum exemplo, plerumque fit vita deterior subditorum. *Ibid.*, cap. 38, sect. 3.

203. Tanto majori humilitate conspicuus esto, quanto magna est dignitate prelatus. *Lib. 2 de Synonym.*, cap. 16.

5. ISIDORUS  
PELUSIOTA.

204. Si Dei amicus esse studes, fac robuste præsis. *Lib. 1, epist. 200, ad Petrum.*

205. Turpissimum erit, si his qui tibi subsunt, imperare cupias, ita affectus esse deprehendaris, ut ne tibi quidem ipsi præesse queas. *Ibid.*, lib. 2, epist. 11, ad Strategum.

5. LAURENTIUS  
JURVIN.

206. Quemadmodum negligentibus et vitiose degentibus prelato efficitur occasio ruinae: ita sollicitis et prudentibus, atque se in humilitate servantibus, fit causa coronæ. *De triumphali Christi agone*, cap. 26.

207. Nullus ex prælatione tumescat: studeat vero quisquis primatus recte cupit honorem, absque honoris concupiscentia aliis sublimior esse virtutibus, et cæteris sanctitate præcellere. *De Eucharist.*

208. Si diligenter inspicias, raro invenies qui subesse desideret, præesse autem innumeris: sane presidenti hæc pestis, in celo sumpsit originem. *De Regim. prælat.*, cap. 4.

209. Sane supra modum laboriosum est prælationis pondus, atque intolerabile, nisi desuper constantie et compassionis proximorum infunderetur gratia, atque zelo salutis animarum presidentis accendatur affectus. *Ibid.*

210. Saluberrimum consilium hoc est, ut sum-

mo cum studio omne prælationis desiderium reseceat a quocunque Deo placere cupienti, sive doctus, sive bonus, sive sit prudens, cum non liceat alicui hominibus velle imperare. *Ibid.*, cap. 2.

211. Qui scit quibusdam se esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. *Prose.*

212. Sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. *Epist. 84, ad Anastas. Thesalonie. episc.*, cap. 11.

213. Integritas presidentium, salus est subditorum. *Epist. 87, ad Episc. African.*, cap. 1.

214. Hominibus præesse, res est omnium maxime laboriosa. *In Libro Ascetico.*

215. Ardes desiderio appetendo prælaturam lucenti aliis, utinam arderes ardenti desiderio, non sic lucenti: bonum est ardere, sed igne charitatis, non vanitatis. *Epist. 13, ad Monach. Novit.*

216. Melius plerisque fuisset adhuc latere sub modio, et sub umbra honesta opinionis, quam cum infamia candelabrum ascendere. *Prose.*

217. Nam juxta Satyricum illud: Omne animi vilium tanto conspectus in se

crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

218. Privato peccanti sope parcitur: sed si prælatus deliquerit, in ejus infamiam linguæ omnium accuntur. *Ibid.*, epist. 15, ad Episc. Carnotens.

219. Sciat omnis prelatus ex aliquo semper se esse infamem, nisi veram operibus exhibeat sanctitatem. *Ibid.*

220. Prælatus rarissime invenitur, qui collaterales non habeat assentatores sibi, qui eum lactant et palpant. *Ibid.*

221. Delectanda præsumptio est, que insufficientiam suam non considerat, vires suas et dignitatum onera non compensat. *Prose.*

222. Qua fronte præesse presumit, qui prædesse non novit? *Ibid.*, epist. 129, ad Decan. Turonens.

223. Non sufficit si prelatus bonus est in se, nisi et alios, quantum est in se, bonos faciat. *Ibid.*, serm. 40.

224. Gloria prælati est, si seipsum miserum iudicat et infirmum, insufficientem honori, et honore indignum. *Ibid.*, tract. de Inst. episc.

225. Sic præsis ut prosis: honoris enim assumptio multis tentatio facta est, et subversivis occasio. *Prose.*

226. Væ his, qui president hominibus, si non præsideat eis Deus. *Ibid.*

227. Animabus prælatus es, non corporibus: nihil prælato commune est cum Pilato. *Ibid.*

S. LEON.

S. PETERUS  
DAMIANUS.

PILO JUD.

S. NIKLA.

PETER  
ELESENS.

ROBERTUS  
RELLARM.

ROBERTUS  
ABBAS.

SALVIANUS.

S. THOMAS  
AQUINAS.

S. PETERUS  
CHRYSOL.

228. Prælatus tot coronas sibi multiplicat, quot Deo animas lucrificat. *Epist. 132.*

229. Homo deses et ignavus, si præsit populis, non sibi soli fit noxius, sed multis, dum sequentes se suo vivit et perdit exemplo. *Serm. 106.*

230. In honore sine dolore, in prælatione sine tribulatione, in sublimitate sine vanitate nullus esse potest. *Serm. 59, de S. Nicol.*

231. Hæc est justissima lex, ut sic vivas cum inferiori, quemadmodum superiorem vis vivere tecum. *Ibid.*

232. Absit ut in mente tua prælato blandiatur: villicus quanto in commissa largiori possessione bestior, tanto est in reddenda ratione miserior. *Opusc. 43, cap. 15.*

233. Debet semper præesse melior, subesse deterior. *Lib. 2, Legis allegor.*

234. Principatus omnis est lubricus, innumeris insidiatoribus obnoxius: quod si quando confirmatur, id fit non sine multis acceptis et illatis calamitatibus. *De Abrahamo.*

235. Qui subesse didicit, aliis quoque præesse confestim dicit. *Prose.*

236. Neque enim si quis universe terre imperium susceperit, princeps propterea vere erit, nisi prius parere didicerit.

237. Cum arduum ac difficile sit scire parere, tum vero longe difficilius esse videtur, scire imperare. *Hab. apud D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 21.

238. Prælatus sustentat et portat auctoritate sua totum edificium, et simul præest et portatur per obedientiam a toto edificio. *Super Psalm. LXXXVI, vers. 1.*

239. Omnes, qui in regimine animarum præsent, qualiter præesse, immo qualiter prodesse debeant, discant, ut videlicet intus amantes, divine iræ supplicando obstant: foris servientes, culpam feriendo consumant. *Lib. 4, super Exod.*, cap. 28.

240. Quid est aliud principatus sine meritum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? *Lib. 4, ad Eccles. cathol.*

241. Quid aliud quorundam, quos taceo, profectura, quam præda? *Ibid.*

242. Perfectionem charitatis præcigit assumptio prælationis. *De Perfect. vite spirit.*, cap. 9.

243. Religionis statum assumere, laudabile est: ad prælationis autem fastigium anhelare, nimie præsumptionis est. *Ibid.*

244. Qui prælationis statum assumit, multis periculis se exponit. *Ibid.*

245. Quod aliique pericula peccati evitans, religionis statum assumat, prudentia est: quod

vero sponte ad prælationis statum aspirat, nimis præsumptionis est. *Ibid.*

246. Prælationis status, etsi perfectus est, tamen absque vitio concupiscentie appeti non potest. *Ibid.*

247. Multo tutius est stare in subiectione, quam in prælatura. *Lib. 1 de Imitatione Chr.*, cap. 9.

248. Nemo secure præest, nisi qui liberius subest. *Ibid.*, cap. 20, sect. 2.

249. Magnus est prelatus, qui virtuosus se gerit, et bonum dat exemplum subditis. *In Hortulo rostr.*, cap. 9, sect. 3.

250. Oportet te tantum cæteros præcedere virtute, quantum præcedis dignitate. *Serm. Dom. 3, Advent.*

251. Facito prius quod præcipit, ut non tantum subditis tuis præcepta: sed formulam præbeas, ut tua imitentur exempla. *Lib. 7, cap. 43, num. 1.*

SENTENTIE PAGANORUM.

252. Vicarius prælationis honorem suscipit. *Lib. 1 Polit.*, cap. 4.

253. Eum qui præest, didicisse prius parendo oportet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 3.

254. Prudentia propria virtus est presidentis: nam ceteræ virtutes videntur communes, tam eorum qui præsent, quam eorum qui subsunt: at prudentia non est virtus ejus, qui subsit, sed ejus qui præsit: qui enim subsistit, ut is est qui fistulam facit: qui vero præest, ut is qui ulitur fistula. *Ibid.*

255. Ejus est qui præsit, eorum quibus præsit, commodo utilitatique servire. *Lib. 1, epist. ad Quint. frat.*, epist. 1.

256. Quanto superiores sumus, tanto submissius nos geramus. *Lib. 1 de Offic.*

257. Inferior horret, quidquid peccat superior. *In suis Sent.*, sent. 177.

258. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiore velles vivere. *Epist. 47.*

259. Cum præes hominibus, memento quod et tibi præest Deus. *Sent. 172.*

Vide etiam tit. Abbas, per totum; *Custodia*, sent. 13; *Corruptio*, sent. 212, 213; *Discretio*, sent. 10; *Ecclesia*, sent. 73; *Electio*, sent. 34, 39, 41, 53, 54, 55, 56; *Episcopus*, per totum; *Exemplum*, sent. 28, 40, 50, 65; *Familia*, sent. 9; *Gloria vana*, sent. 59; *Justitia*, sent. 162; *Lux*, sent. 70; *Melior*, sent. 28; *Morum*, sent. 34, 35; *Negligentia*, sent. 16; *Obedientia*, sent. 139; *Officium divinum*, sent. 26; *Ordo sacer*, sent. 51; *Pastor*, per totum; *Princeps*, sent. 41, 73; *Reidere rationem*, sent. 36, 52; *Regimen*, per totum; *Subiecto*, sent. 24, 25, 29, 30, 37, 43; *Sublimitas*, sent. 20, 21, 22, 23, 24; *Turpiloquium*, sent. 51, 52; *Zelus*, sent. 28.

THOMAS A  
KEMPIS.

S. THOMAS  
A VILLANOVA.

IN VITIS  
FALSA.

ARISTOTEL.

CICERO.

KIRUS PURB.

SENECA.

SIXTUS  
PHILOSOPH.

PLATO. *Definitio.* Premium est virtutis munus, quod suisque causa elargitur. *Sisygia 6 de Definit.*

SENTENTIAE FATUM.

S. AMBROS. 1. Non potest quis premium accipere, nisi legitime certaverit: nec est gloriosa victoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina. *Lib. 1 Offic., cap. 15.*

2. Injustus est, qui ante querit premium, quam certamen fuerit absolutum. *Ibid., cap. 16.*

S. ANSELM. 3. Lacescit iudicem, qui postposita satisfactione delicti, premis querit gloriari. *Prose.*

4. Regi insultat obnoxius supplicio, qui flagit coronari indebito premio. *In Meditationibus.*

S. ANTONIN. 5. Consideratio premii minuit vim flagelli. *Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 18.*

S. AUGUST. 6. Aeterna lex incommutabili stabilitate firmavit, ut in voluntate meritorum sit: in beatitudine autem et miseria premium, atque supplicium. *Lib. 4 de Lib. arbit., cap. 14.*

7. Tanta est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quae sunt ipsius dona, et pro his quae largitus est, aeterna premia sit donaturus. *De Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 32.*

8. Paterna iudicia laudentur et in flagello, si promissa diligentia in premio. *Super Psalm. cxviii, conc. 31.*

9. Noli ad premium diligere Deum, ipse sit tibi premium tuum. *Tract. 3, super Evang. Joan., cap. 1.*

10. Fides meritorum est, intellectus premium. *Ibid., tract. 48, cap. x.*

11. Frequenter Deus aut invitat premio, aut terret supplicio, ut benignitatis consilio a se formato homini consulat, redemptio provideat, ut qui non terretur supplicio, invitetur premio; et quem metus a factis revocare non possit, premium benignitas prosit. *Serm. 3 de Verbis Dom.*

12. Non quaeras in via quod tibi servatur in patria: premium non requiras in praedio, quod tibi servatur in regno. *Serm. 2 de Plurib. mart.*

13. Deus in nullo actu animam deserit, sine poena, sine premio. *De Quant. anima, cap. 36.*

14. Deus bonus et iustus, ut bonis praemia, ita supplicia malis tribuit. *Lib. 1 de Lib. arbit., cap. 1.*

15. Vita aeterna est totum premium, cuius promissione gaudemus: nec premium potest precedere merita, et prius homini dari quam dignus est. Quid enim hoc injustus, et quid iustus Deo? Non ergo debemus poscere premium, antequam mereamur accipere. *De Morib. Eccles., cap. 25.*

16. Juste praemia bonis facis, et peccatis supplicia constituta sunt. *Lib. 5 De Civ. Dei, cap. 10.*

17. In caelo premium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit. *Ibid., lib. 22, cap. 30.*

18. Si ponam meretur qui peccat invitus, debet et premium mereri qui bene facit invitus. *Contra Fortunat., disput. 2.*

19. Deus omnia sive per poenas, sive per praemia, iustitia moderanter disponit. *Contra Adimant., cap. 17.*

20. Tolera malum bonus, ut venias ad praemia honorum, ne mittaris in poenam malorum. *Tract. 50 super Joan.*

21. Lacescit iudicem, qui postposita satisfactione delicti, querit premis honorari. *Lib. Medit., cap. 3.*

22. Credenti colligitur meritum, videnti redditur premium. *Tract. 68 super Joan.*

23. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium. *Ibid., tract. 104.*

24. Ipse Deus erit in pace premium, qui fuit virtus in bello. *Lib. 17 de Civit. Dei, cap. 12.*

25. Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo certius aeternitatis praemia sperat. *In suis Prov., verbo Bonorum.*

26. Premium amanti non proponitur, amanti debetur, perseveranti redditur. *Tract. de Dilegendo Deo.*

27. Perspicuum est nunquam bonis praemia, nunquam sua sceleribus deesse supplicia. *Prose.*

28. Rerum quae geruntur illud propter quod unaquaque res geritur, ejusdem rei premium esse, non injuria videri potest. *Lib. 4 de Consolat. philos., prosa 3.*

29. Probos mores sua praemia non relinquunt. *Ibid.*

30. Quoniam premium sua cuique prohibitas confert, cum suo premio carbit, cum probus esse desierit. *Ibid.*

31. Sicut probis prohibitas ipsa fit premium, ita improbis nequitia ipsa supplicium est. *Ibid.*

32. Divina Scriptura differentias insinuat premium, secundum diversitates meritorum. *Super Luc., cap. 6, in illud Apoc. xxii: Et merces mea.*

33. Unde invenitur merces salva, merces magna, merces digna, merces plena, merces temporanea, merces festina, merces fidelis, merces perpetua: merces salva est angelis ministrantibus nobis; magna datur prelati; digna, obedientibus; plena, contentis; temporanea, operantibus; festina, proficientibus; fidelis, perferentibus; copiosa, patientibus; perpetua, perseverantibus. *Ibid.*

34. Qui vident supra se Deum, qui vident infra se carnis stimulum, juxta se proximum, infra se vanum mundum, sunt preventuri ad premium. *Serm. 6, de SS. Apostolis.*

S. CYPRIAN. 35. Sunt tota merceda in caelestibus praemiis, quot nunc dies numerantur in penis. *Lib. 3, epist. 25.*

35 bis. Operantibus premium pollicetur, et sterilibus supplicium comminatur. *Serm. 1 de Eleemosyn.*

S. CYRILLUS EBERGOL. 36. Promptior sit omnis operarius ad perferendos labores, si premium laborum praeviderit: qui vero sine premio laborant, et anima et corpus illis concidit. *Cateches. 18.*

S. ROBERTUS EMISSEN. 37. In spe caelestium praemiorum tanto incitemur studio, tantoque inardescamus affectu, ut cum praemiorum dignitate, desideriorum magnitudo concordet. *Homil. 3 ad Monachos.*

GLOSS. ORD. 38. Consideratio praemii futuri, erumnas mitigat. *Super illud Psal. lxxvii: In conspectu ejus.*

GLOSS. INT. 39. Duplex premium meretur, qui et se tuetur et alios lucratur. *Super Cantica, cap. viii.*

GLOSS. ORD. 40. Inanis gloriae est, velle vincere ubi premium non est. *Super illud Galat. v: Non efficiamur inanis gloriae cupidi.*

V. BONA.

S. GREGORIUS MAGNUS. 41. Bonorum mens quo duriora pro veritate tolerat, eo aeternitatis praemia certius sperat. *Lib. 10 Moral., cap. 12, num. 22.*

S. BERNARD.

42. Cum opus crescit, praemii fiducia proficit: cum vero opus torpuit, spes a remuneratione lacescit. *Prose.*

BONITATE.

43. Tanto fidentius quisque tendit ad premium, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementum. *Ibid., lib. 8, cap. 3, num. 7.*

44. Repproba caelestis patriae praemia nequam percipiunt, quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. *Ibid., lib. 33, cap. 20.*

45. Ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores: si delectat mentem magnitudo praemiorum, non deterreat certamen laborum. *Homil. 37 super Evang.*

S. BERNARD.

46. Ubi bonum et melius est, ibi boni et melioris non unum est premium: et ubi non est unum premium, ibi utique dona diversa. *Epist. 2 ad Pamphac.*

S. BONAV.

47. Ad caeleste premium, caelestem vitam para. *Epist. 4 ad Demetriad.*

48. Diversitas operum, diversitatem facit praemiorum. *Ibid.*

49. Spes praemii solatium est laboris. *Ibid.*

50. Omne opus leve fieri solet, cum ejus premium cogitatur. *Ibid.*

51. Nocturnum non debet esse periculum, ubi nascitur premium. *Epist. 6, ad Amicum.*

52. Eum militem non sequitur felicitas praemiorum, qui sarcinam gestare non vult armorum. *Ibid.*

53. In usu debet esse quod premium generat, et optabile quod gloriam parit. *Ibid.*

54. In omni re, aut actu sive corporali, sive spirituali, agendi virtus spes est praemii futuri. *Homil. 42 super Matth. Oper. imperf.*

55. Frequenter Deus aut invitat premio, aut terret supplicio: ut qui non terretur supplicio, invitetur premio. *Homil. 7 ex Divers. in Matth.*

56. Praemii delectaverit in caelo, qui Dominum actibus plebectaverit in mundo. *Homil. super illud Joan. iv: Venit hora.*

57. Major erit merces, si bonum non spe praemii feceris: quid enim opus est de mercede verba facere, praemiumque operis curiose spectare? mercedarii magis hoc est, quam grati et ingenui famuli. *Serm. 5 super Epist. ad Rom.*

58. Omne premium laboris perditur, quando de propria sufficientia praesumitur. *In cap. Regul. S. Bened., verbo Omne.*

59. Equa virtus premium aequale meretur. *Orat. 8 in Conventu abbat. habitas.*

60. Non inchoantibus premium, promittitur sed perseverantibus. *Lib. 2 de Sum. bono, cap. 7, sent. 1.*

61. Illi non habent premium, qui laboris non habuerunt certamen. *Prose.*

62. Eos expectant praemia, in quibus fuerint laboriosa certamina. *Ibid., cap. 39, sent. 25.*

63. Laborum praemii spes magnum affert proclarumque solatium. *Lib. 6 de Dicit. inst., cap. 9.*

64. Temporalia sunt praemia vitorum, sempiterna virtutum. *Ibid., lib. 7, cap. 1.*

65. Ad praemia aeterna tendentibus, in eo maxime diaboli insidiatur astutia: ut quorum pervertere non potest probitatem, subruat fidem. *Serm. 9 Quadrag.*

66. Temporale donum in premium transit aeternum. *Serm. 2 de Jejun. septimi mensis.*

67. Non dubitet de receptione praemii, cui Christus debitor est. *Ibid.*

68. Nemo premium percipit ante experimentum. *In suo Octavo.*

69. Secundum altitudinem meritorum, surgit remunerationis praemiorum. *Lib. 2 de Musica luterbae.*

70. Praemia statuuntur his semper, quibus certamina dura proponuntur, ac pro magnitudine certaminis, praemii proponitur magnitudo: hinc est quod discipulis suis Christus regnum ponit in premio, ut in certamine non cadant periculis, non timori. *Serm. 22.*

71. Praemia maxima vincitibus sunt promissa. *Serm. 11 ad Novit., divis. 4.*

72. Ad promissa regni praemia proculdubio

S. JOANNES CHRYSOST.

S. JOANNES CHRYSOST. & S. AUGUST.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. TRITH.

S. JERON. HISP.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

MINUTIUS FELIX.

PETR. CELL.

S. PAVLUS CHRYSOST.

THOMAS A KEMPE.

S. VALER.

**EPISC.** pervenit, qui ad superna Domino comitante festinat. *Homil. 2 de Arcia vita.*  
73. Toties in die tolles præmium, quoties desideria vinces animorum. *Ibid.*, homil. 16, de *Dono martyrii.*  
74. Quanta sunt certamina, tanta sunt præmia. *Ibid.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

**ARISTOTEL.** 75. Dari præmium ob res præclarissimas solet. *Lib. 4 Ethic. ad Nicomach.*, cap. 3.  
**CICERO.** 76. Fortes et sapientes viros non tam præmia sequi in morte solent recto factorum, quam ipsa recto facta. *Orat. 38, pro Milone.*  
**PLATO.** 77. Magnum est præmium spes futura felicitatis. *Sisygia 1, in Dialogo Phædonis.*  
**SENeca.** 78. Desinit præmium esse, cui necessitas jungitur. *Lib. 1, controv. 7.*  
79. Præmium, non corona nec palma est, nec tubicem prædicationis nominis nostri, sed virtus et firmitas animi. *Epist. 78.*  
80. Non est justo rei præmium majus quam justum esse. *Epist. 113.*  
81. Spes præmii, solummodo fit laboris. *De Moribus.*  
Vide etiam tit. *Beneficium Dei*, sent. 132; *Conscientia*, sent. 27; *Dilatio*, sent. 55; *Dilectio Dei*, sent. 25; *Gloria bona*, sent. 77; *Liberalitas*, sent. 32; *Melior*, sent. 27; *Mercetricium*, sent. 28; *Meritum*, sent. 47; 26, 27, 78; *Militia*, sent. 30; *Passio*, sent. 64; *Patientia*, sent. 45; *Peccatum*, sent. 327; *Pœnitentia*, sent. 209; *Virtus*, sent. 58.

## PRÆSCIENTIA DEI.

**S. AMBROS.** *Definitio.* Præscientia Dei est, qua definitum habet qualis uniuscuiusque futura voluntas erit, in qua mansurus est, per quam aut damnetur, aut coronetur. *Super Epist. ad Rom.*, cap. ix, in illud: *Esau autem odio habuit.*  
**S. AUGUST.** Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? *De Diversis quest. ad Simplician.*, lib. 2, quest. 2.  
**BOETHIUS.** Præscientia nihil aliud putanda, quam contemplatio futurorum. *Super epist. 1 B. Petri*, cap. 1.  
**S. FULBERT.** *Differentia.* Sine prædestinatione præscientia Dei esse potest, prædestinatio vero sine præscientia esse non potest. *Lib. 1, ad Monimum*, cap. 29. Qui præscientiam Dei in nullo ab ipsis prædestinatione discernit, quod tribuendum est Deo de bonis, hoc et etiam de malis constatur adscribere. *Ibid.*, cap. 30.  
**S. JOHANNES SARESE.** Scientia, præscientia, dispositio, providentia, et prædestinatio differunt: scientia existentium, præscientia futurorum, dispositio sciendorum, providentia gubernandorum, prædestinatio salvandorum. *Lib. de Nugis curial.*, cap. 24.

Prædestinatio differt a præscientia secundum rationem: quia præscientia importat solam notitiam futurorum; sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. *Super Epist. ad Rom.*, cap. vii, lect. 6, in illud: *Quos præscivit.*

## SENTENTIE PATRUM.

1. Nec incerta præscientia Dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax voluntas, nec falsa promissio. *Lib. 1 de Vocal. gentium*, cap. 3.  
2. Deus vindicat justus, quos fieri non cogit præsciens. *Prosec.*  
3. Sicut tu memoria tua non cogis facta esse, quæ præterierunt, sic Deus præscientia sua non cogit faciendi, quæ futura sunt.  
4. Et sicut tu quedam quæ fecisti, meministi: nec tamen quæ meministi, omnia fecisti; ita Deus omnia, quorum ipse auctor est, præscivit, nec tamen omnium quæ præscit, ipse auctor est: quorum autem non est malus auctor, justus est ultor. *Lib. 3 de Libero arbit.*, cap. 4.  
5. Tam multos Deus creando nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere præscivit. *Epist. 157, ad Optatum.*  
6. Omnia priusquam fierent, erant in notitia facientis. *Lib. 5 de Genesi ad litt.*, cap. 15.  
7. Deus universas creaturas suas, et spirituales et corporales, non quia sunt, ideo novit; sed ideo sunt, quia novit. *Prosec.*  
8. Non enim nascitur quæ fuerat creatura, quia ergo scivit, creavit; non quia creavit, scivit; nec aliter ea scivit creata, quam creanda. *Lib. 45 de Trinit.*, cap. 13.  
9. Quamvis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non est tamen incomprehensibilis ei, cujus intelligentiæ non est numerus. *Lib. 12 de Civitate Dei*, cap. 18.  
10. Præscivit nos Divinitas, Sapientia condidit, Justitia damnavit, Gratia liberavit. *De Prædestinat. et Gratia*, cap. 5.  
11. Quisquis dixerit aliter evenire posse aliquid, quam Deus ante præscivit, præscientiam Dei destrueret insanissima impietate molitur. *Lib. 3 de Lib. arbit.*, cap. 2.  
12. Necesso est fieri quod futurum præscivit Deus. *Ibid.*  
13. Quamvis præsciat Deus nostras voluntates futuras, non ex eo tamen conficitur, ut non voluntate aliquid velimus. *Ibid.*, cap. 3.  
14. Non per Dei præscientiam mihi potestas admittitur, quæ propterea mihi certine aderit, quia ille cujus præscientia non fallitur, ad futuram mihi esse præscivit. *Ibid.*  
15. Etsi malos Deus non fecit, tamen malos futuros esse præscivit. *Epist. 59.*

S. AMBROS.

S. AUGUST.

16. Certus est Dei præscientie definitus numerus, et multitudo sanctorum. *Epist. 106.*  
17. Deus omnia largitur et præscit, sed peccata prædicat, supplicia minatur, beneficia pollicetur. *Epist. 120, cap. 19.*  
18. Ea vere futura sunt, quæ Deus præscivit. *Lib. 6 de Genesi ad litt.*, cap. 17.  
19. Deus malos creavit, quos tales futuros esse præsciebat: quia sicut prævidit, quid mali essent facturi, sic etiam prævidit de malis factis eorum, quid boni esset ipse facturus. *Ibid.*, lib. 11, cap. 9.  
20. Præscientia Dei novit quid imminet non creditibus. *De Agone christ.*, cap. 27.  
21. Confiteri esse Deum, et negare præscium futurorum, apertissima insaniam est. *Lib. 5 de Civitate Dei*, cap. 1.  
22. Qui non est præsciens futurorum, non est utique Deus. *Ibid.*  
23. Absit a nobis Dei negare præscientiam, ut liberi esse velimus, quod adjuvante sumus liberi, vel erimus. *Ibid.*  
24. Non ideo peccat homo, quia Deus illum peccatorum præscivit; sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præscivit. *Ibid.*  
25. Deus nullum, non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciebat, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum usus commendaret. *Ibid.*, lib. 11, cap. 18.  
26. Quia Deus cuncta præscivit, et ideo hominem quoque peccatorum ignorare non potuit. *Ibid.*, lib. 14, cap. 11.  
27. Dei est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. *Ibid.*, lib. 15, cap. 25.  
28. Deus cum hominem peccatorum esse præsciret, non illi ademittit liberi arbitrii potestatem; simul prævidens quid boni de malo ejus esset ipse facturus. *Ibid.*, lib. 22, cap. 1.  
29. Præscientia Deus eos, quos sanatorum est peccatores prænoscent, non facit. *Lib. 1 de Anima et ejus orig.*, cap. 7.  
30. In illa ineffabili præscientia Dei, multi qui foris videntur, intus sunt: et multi qui intus videntur, foris sunt. *Lib. 5 de Baptismo contra Donat.*, cap. 17.  
31. Mala ex bonis exortura Deus esse præscivit. *De Corrept. et grat.*, cap. 10.  
32. Quicunque boni in eternum futuri sunt, et si ad tempus mali sunt, non zizaniam, sed triticum sunt in præscientia Dei. *De Unitate Ecclesie*, cap. 19.  
33. Non propterea quemquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata jam

novit: ipsorum enim præscivit peccata, non sua, non conjunctum alterius, sed ipsorum. *Prosec.*  
34. Quapropter si ea que ille præscivit ipsorum, non sunt ipsorum, non vere ille præscivit: sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alius, sed ipsi peccant, quos Deus peccatores esse præscivit. *Tract. 53 super Joan.*  
35. Si cuncta idcirco præscivit Deus, neque falli ullo modo potest, eremire necesse est, quod providentia futurum esse prævidit. *Prosec.*  
36. Neque enim vel factum aliud ullum, vel quælibet existere poterit voluntas, nisi quam nescia falli Providentia divina pensensent.  
37. Nam si res aliorum quam prævisa sunt, detorqueri valent, non jam erit futuri firma præscientia: sed opinio potius incerta, quod de Deo nefas credere judico. *Lib. 5 de Consolat. philos.*, prosa 3.  
38. Præscientia futuris rebus eveniendi necessitatem non videntur inferre. *Ibid.*  
39. Etiam idcirco quoniam futura sunt, providentur: non vero ideo, quoniam providentur, eveniunt. *Ibid.*  
40. Sicut scientia presentium, nihil his que fiunt: ita præscientia futurorum, nihil his que ventura sunt, necessitatis importat. *Ibid.*, lib. 5, prosa 4.  
41. Divina prænotio naturam rerum, proprietatemque non mutat: tallaque apud se presentia spectat, qualia in tempore olim futura prevent. *Prosec.*  
42. Nec rerum judicia confundit, unoque sua mentis intuitu, tam necessario quam non necessario ventura dignoscit. *Ibid.*, lib. 5, prosa 6.  
43. Fiunt proculdubio cuncta, que futura Deus esse prænoscent: sed eorum quedam de libero proficiuntur arbitrio, quæ quamvis eveniant existendo, tamen propriam naturam non amittunt: quia priusquam fierent, etiam non evenire potuissent. *Ibid.*  
44. Manet spectator desper cunctorum præscius, Deus, visionisque ejus præsens semper æternitas cum nostrorum actuum futura qualitate concurrunt; bonis præmia, malis supplicia dispensans. *Ibid.*  
45. Præscientia Dei nullo modo potest immutari. *Super Epist. ad Romanos*, cap. viii.  
46. Nihil Deum latere potest, sine eorum que fiunt in tempore presentis, sive eorum que facta sunt in præterito, sive eorum que post futura sunt. *In Elucidat.*, super cap. xiiii.  
47. Deus omnia hominum opera, sive bona, sive mala præscivit; quia cum latere non possunt: sed sola bona prædestinavit, quæ se in illis gratie facturum esse præscivit. *Lib. 1 ad Monimum*, cap. 24.

BOETHIUS.

S. BRUNO.

FRANCISCUS TITELM.

S. FULGENTIUS.

48. Non omnia prædestinavit Deus, quæ præscivit, quamvis omnia prædestinata præsciverit. *Prose.*

49. Præscivit enim voluntates hominum bonas, et malas; prædestinavit autem non malas, sed solas bonas. *Ibid.*

50. Peccata hominum emuncta quidem Deus in peccatoribus præscivit futura, et quia ipse non ea prædestinavit faciendâ, justè prædestinavit in judicio puniendâ. *Ibid.*, cap. 27.

51. Præscientia veritatis in se non recipit falsitatem: sicut faciendum præscit quod faciendum est, ita non faciendum, quod faciendum non est. *Lib. 1 de Verit., prædest.*

S. GARDENT.

52. Præscientia Dei non fallitur, nec homini concessa semel voluntatis libertas aufertur, ne nihil de eo judicare possit, qui liber non fuerit in agendo. *Tract. 3.*

GLOSS. ORD.

53. Præscientia Dei diffinitum habet, qualis uniuscujusque futura sit voluntas, ex qua damnetur, vel conetur. *Super Epist. ad Rom., cap. ix.*

S. GREGOR. MAG.

54. Præscire Deus dicitur, quia unquamque rem, antequam veniat, videt; et id quod futurum est, priusquam præsens fiat, prævidet. *Lib. 20 Moral., cap. 23.*

55. Præfixi dies singulis ab interna Dei præscientia, nec angeri possunt, nec minui: nisi contingat, ut ita præsciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breviores. *Ibid.*, lib. 12, cap. 23, super illud *Job xv: Antequam dies ejus impleantur.*

56. Sæpe iniquis quamvis in occultâ Dei præscientia longe vite ejus tempora non sint prædestinata, ipse tamen quia carnaliter vivere appetit, longos animæ dies proponit. *Ibid.*

S. HIERON.

57. Non ex eo quod Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est: sed quia futurum est, Deus novit, tanquam præscius futurorum. *Lib. 5 super Hierem., cap. xxvi, super illud: In principio regis Joachim.*

58. Non quia ventura Deus cognoscit, necesse est nos facere quod ille præscivit, sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille novit quasi Deus. *Lib. 4 super Ezech., cap. ii, super illud: B. dicez ad eos.*

HUGO CARD.

59. Præscientia Dei causa est honorum, quia ipsa est exemplar eorum: non est autem exemplar malorum, et ideo non est eorum causa. *Super Epist. ad Rom., cap. x.*

60. Præscientia non est causa prædestinationis: quosdam enim Deus præscivit, quos non prædestinavit. *Super II Tim., cap. ii.*

S. JOANNES CHRYSOST.

61. Admiranda est Dei præscientia: omnia priusquam nascantur, cognoscit. *Super Epist. ad Galat., cap. ii.*

62. Deus omnia quidem præscit, sed non omnia præfinit. *Lib. 2 de Fide orthodox., cap. 30.*

S. JOANNES DAMASC.

63. Præscientia Dei, omnia ante etiam quam oriatur, nota sunt. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25.

JOAN. TRITE.

64. Præscientia rebus causa eveniendi non est, aut eventus rerum ei causa est præsciendi, ne aut temporalium motus æternæ providentiæ causa sit aut a purissimo fonte bonitatis malorum profluant rivuli. *Lib. 2, de Nugis curial., cap. 21.*

ORIGEN.

65. Non propterea erit aliquid, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, scitur a Deo antequam fiat. *Lib. 7, in cap. viii, Epist. ad Romanos.*

S. PROPER.

66. Nihil est velocius et scientia et opera Dei, qui quæ futura sunt, novit et fecit: et quæ nondum sunt orta, jam apud illum sunt præordinata. *Super Psalm. cxxxvii, vers. 4.*

S. PETRUS DAMIANUS.

67. Nihil est quod ante præsciendum Dei conceptum latere valeat. *Part. 1, lib. 2, de Contemplat., cap. 27.*

S. P. A. S. VICT.

SENTENTIA PAGANOREM.

68. Placita Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus: neque enim credibile est Deo displiciturum esse, quod placuit, cum et futurum id, et placiturum nullo ante sciverit. *De Volunt. divina, cui titulus, Asclepius, cap. 4.*

TRISMIC.

PRÆSENTIA in genere.

*Etymologia.* Præscinditur, eo quod sit præscinditur. *Lib. 10 Etymol., verbo Præscis.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nemo sibi de absentia blandiatur: nam presentior est, qui se animis inserit, quam qui oculis protestatur. *Lib. 5, epist. 31, ad Valentianum imperat.*

S. AMBROS.

2. Quæ remota non sunt a sensibus nostris, sive interioribus, sive etiam exterioribus, presentia nuncupantur. *Lib. 44 de Civitate Dei, cap. 3.*

S. AUGUST.

3. Non præterit quidquam in æterno, sed totum est præsens: nullum vero tempus totum est præsens. *Ibid.*, cap. 11.

S. BONAV. & S. BERNARD.

4. Non est presentior noster spiritus ubi animat, quam ubi amat. *De Septem itinerib. æternit., itin. 4, dist. 4, art. 4. S. Bernard., de Precepto et dispens.*

S. GREGOR. MAGNUS.

5. Plus in charitate animorum unitas, quam corporalis potest venerari presentia. *Lib. 2 in Regist., ind. 14, cap. 86, epist. 47, ad Columbanum episc. Numidia.*

S. HILAR.

6. Presentia eorum que amantur, optabilis est. *Epist. ad Apram filiam suam.*

S. JOANNES CHRYSOST.

7. Amanlibus quando non possunt versari cum iis quos amant, nulla presentie utilitas est. *Homil. 20 ex Divers. in Math.*

8. Quamvis præsens esse videatur, re tamen abest, qui conversatione disjunctus est. *Serm. 8, de Resur.*

JOAN. TRITE.

9. Sicut amicum cordialis presentia, ita et diligentibus discessio gravis. *Epist. 25, ad Fratr. Bernard. minoris.*

S. LAURENT. JUSTIN.

10. Debilis amor, qui de presentia solum pendet amati. *Ibid.*

S. PETRUS CERYSOI.

11. Maturæ mentis semper incedit gressu, qui secum habitans, frequenter sponsi potitur presentia. *Tract. de Compunct. et compl.*

S. PETRUS DAMIANUS.

12. Nihil est presentia corporalis, ubi fuerit mentis miseranda separatio: sicut contra nihil deficit absentia corporalis, ubi corda fuerint sociata per fidem. *Serm. 32.*

RICHARD. A. S. VICTOR.

13. Spiritualis quisque carnalibus absens quidem timori, præsens autem videtur despectui. *Opus. 12, cap. 28.*

ARISTOTEL.

14. Proh pudor! magis vereris vultum hominum, quam conspectum angelorum. *Part. 4, de Benjamin minore, cap. 47.*

SENECA.

15. Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis. *Proseut.*

SEN. AUGUST.

16. Prodest sine dubio custodem presentem sibi imposuisse, et habere quem respicias, quem interesse tuis actionibus judices.

S. AMBROS.

17. Hoc quidem magnificentissimum est, sic vivere tanquam sub alieujus semper presentis oculis. *Epist. 25.*

S. AUGUST.

18. Amicorum presentia nos dedicatior facit. *Epist. 55.*

PRÆSENTIA DEI.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Deus extra, Deus intus, Deus ubique est. *Lib. 3 de Virginibus.*

2. Deus est complens omnia, nusquam ipse confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus. *Proseutio.*

3. Ubique totus est, eodemque tempore, vel in celo, vel in terra, vel in novissimo maris præsens. *Lib. 1 de Fide ad Gratianum, cap. 7.*

4. Ubi est Christus, ibi omnia, ibi doctrina ejus, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum se viventium. *Lib. 4, epist. 5, ad Felicem Comensem episcopum.*

5. Cum Deus hic est, etiam alibi est, non mutato loco, sed repleto ubique sui presentia. *Prose.*

6. Ubique enim est, qui est, per omnia, et in omnibus, nullum locum immunem sui relin-

quens: et ubi adest, erat: et ubi erat, adest. *Lib. 1 de Cain et Abel, cap. 8.*

7. Nullus absens est Deo, nisi qui se absentem fecerit. *Super Psalm. 36.*

8. Hominem vereris presentem. Dei Patris et Filii non vereris presentem? *Super Psalm. cxviii serm. 4, vers. 2.*

9. Licet ubique sis semper, et stans in medio nostrum, non cernaris a nobis, erit tamen tempus, quo universa caro te aspiciet presentem. *Lib. 7 super Luc., cap. x, in illud: Revertens red-dam tibi.*

10. Deus ubique semper præsens est: sed quia est presentior diligentibus, negligentibus abest. *Ibid.*, lib. 9, cap. 20.

11. Quam remota es a conspectu meo, o beata deitas, qui sic præsens sum conspectui tuo! ubique es tota præsens, et non te video. *Prose.*

12. In te moveor, et in te sum, et ad te non possum accedere: intra me, et circa me es, et non te sentio. *In Proseutio, cap. 16.*

13. Verbi divinitas universa implens, nullis locorum terminis separatur: sicut nihil est unde discedat, ita nihil est quo veniat. *Disputat. contra Arium.*

14. Deum tanto habebimus presentiorum, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. *Epist. 52 ad Macedon.*

15. Ad eum, qui ubique præsens est, et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus: non ambulando, sed amando. *Epist. 52 ad Macedon.*

16. Sicut nullum potest esse momentum, quo homo non fruatur Dei bonitate et misericordia; ita nullum sit momentum, quo presentem non habeat eum in memoria. *De Spiritu et anima, cap. 35.*

17. Homo Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebatur: a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione discedit. *Lib. 8 de Genesi ad litt., cap. 12.*

18. Deus, qui nusquam deest, frustra pollutis animis præsens est, quem videre mentis cæcitas non potest. *De Lxxiii Quest., quest. 12.*

19. Nihil Deo presentius, et nihil eo secretius. *De Spiritu et anima, cap. 57.*

20. Deus ubique est, et longe est a malis: ubique est, inquam, et longe est a malis, qui ubique sunt. Quomodo longe est quod ubique est? longe est a malis, quia jacet in dissimilitudine sua, exterminans in se similitudinem Dei. *Super Psalm. cxxvi, vers. 7.*

21. Ubique est, qui nullo clauditur loco: non ab illo averti, et tecum est. *Tract. 36 super Evang. Joan., cap. viii.*

S. ANSELM.

S. ATHANAS. MAGNUS.

S. AUGUST.